

ANNOTATA ANTI GROTIANA

v. 19. ἡ γὰρ σοφία τῷ κόσμῳ τὰς μαρτίαι αὐτῶν τῷ Θεῷ ἐστὶ. 99

DEO non magis placet, quàm summa stulticia, quia puritatem illam animi, quam DEUS requirit, non exhibet suprâ I, 21. Et stulticia, id est, non pluris fit, quàm stulticia. Similis loquutio Rom. I, 14 & 25. Sic Esaiæ XLIV, 56. לְכַמֵּי מִנְהַגֵּי תֵיבַלְתָּן אֲנִי וְכִמֵּי אֲנִי וְכִמֵּי אֲנִי וְכִמֵּי אֲנִי
 ἄντων μαρτίνων & 2. Sap. XV, 31. ἡ σοφία τῶν ἀνθρώπων ὡς ἡ μαρτία τῶν ἀνθρώπων
 Ubi alii μαρτίνων alii ἀφρόνησον τὴν βελήν Ἀχιτοφελ. 99

Causa cur sapientia mundi hujus stulticia coram DEO sit, non est illa, quam reddit Grotius, quod puritatem animi, quam DEUS requirit, non exhibeat, nec de eo verbum ullum 1. Cor. I, 21. Sed quod mysteria fidei de Christo crucifixo videat, in quibus summa DEI sapientia, docente illic Apostolo.

Γέγραπται γὰρ ὁ θεὸς οὐκ ἐκείνην τὴν σοφίαν ἐκείνην τῶν ἀνθρώπων. 99

Est ex verbis Eliphazi apud Jobum V, 13. Ubi LXX. habent: ὁ καταλαμβάνων σοφίαν ἐν τῇ φρονήσει. Est δεικνύειν proprie pugno includere Lev. II, 2. Num. V, 26. Laxius sumptum idem valet, quod καταλαμβάνειν. Ut Pl. III, 12. in Græco. Et παιδεία vox est media, hic idem valens, quod φρονήσις. Vide Prov: I, 4; VIII, 5. Sir. XIX, 21; XX. IV, 10. Fecit hoc DEUS egregiè, cum Philosophos inter se commisit, ut nihil alter pro certo affirmaverit, quod non alter æquè ingeniosus eversum eat. 99

v. 20. Καὶ πάλιν: Κύριος γινώσκει τὰς ἀλογισμὰς τῶν σοφῶν, ὅτι εἰσὶ μάταιοι. 99

Ex Pl. XCIV, 11. Ubi in Græco: ὁ κύριος γινώσκει τὰς ἀλογισμὰς τῶν ἀνθρώπων ὅτι εἰσὶ μάταιοι. Paulus pro ἀνθρώπων posuit σοφῶν, quia id instituto ipsius conveniebat: & haud dubie de iis maximè agit Psalmographus, qui sibi sapere plurimum videbantur. 99

Variis modis capere DEUS novit sapientes hujus mundi, non tantùm eos inter se committendo, sed etiam propriis cogitationibus quemq; in sua sapientia velut irretiendo & confundendo, ut convincantur, nullam esse sapientiam suam, imprimis ἐν συγκρίσει divinae sapientiae, quia τὸ μωρὸν τῷ Θεῷ σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων 1. Cor. I, 25, quod generatim Jobi VII, 3. effertur, capere DEUM sapientes hujus seculi in sapientia vel potius πανουργία uti Apostolus reddidit 99

Quomodo DEUS capiat sapientes hujus mundi?